

Zdo. 6

SCVTVM
M A R T I S
C O R O N A T U M ,
S A R M A T I A M U N I V E R S A M

C O R O N A N S ,

Bibliothecā Provinciālē Ordī Dīrī Basiliī Magni
Serenissimo ac Potentissimo

I O A N N E III.

P O L O N I A R U M R E G E

O R T H O D O X O

Inter Publicos

R E G I Æ I N A U G U R A T I O N I S

Plausus & Triumphos,

Sub Aspectū Imperijs & Regnis

P R O P O S I T U M


A Alma Universitate ^A ^B Vilnensi Soc: JESU

P E R

Jllustrem D. IOANNEM ZAWISZA Nota-
ridam M. D. L. in eadem Vniversitate Eloquen-
tiæ Auditorem.


VILNÆ Typis Academicis Societatis 188V,
Anno Domini 1676.

Zdo



Scuto nos Dominus coronare perhibetur, quos protegens adjuvat, remunerans coronat.

Greg: Mog: Moral. Tom. I.



203512

S E R E N I S S I M O ,
Potentissimo, Invictissimo,
P R I N C I P I
J O A N N I III.
R E G I P O L O N I A R U M ,
Magno Duci Litvaniæ, Russiæ
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ,
Czernihoviæ Podlachiæ, Smolensiæ. &c. &c.

Domino Clementissimo.

Abies Coronato Tuo Scu-
to coronatā Regū Matrē,
quia liberorum Civiū Reginā
Sarmatiā REX INVICTISSI-
ME. Inclinat illa sublime tot urbi-
um & Provinciarū caput, sub Re-
galis Clypei mūnimentum; pro-
sternit simul aurei Regum or-
bis custos Aquila, coronatum
virtute & gloriā verticē; subiicit

Litvani Pegasi afmat⁹ infessor
laureatā victorijs frōtē; Serenis.
simis Regij Scuti in umbris, secu-
rā ab æstu Thraciæ Lunæ patriā
veneraturus. Quē magnis passi-
bus præcurrentē Academicus
noster Eques comitatur. Atq; in
me totus ad venerationem tanti
Principis prostrat⁹, eandē, quam
à Te accipit in coronato Scuto,
coronatā, Tibi vovet felicitatem.
Licebit mihi gentilitij mei Oloris
Regū majestatib⁹ semper candi-
di, pennā in obsequia aptare; quā
vota orbis, fortunarumq; plaus⁹;
Serenissimo refractis gloriæ radi-
js Scuto, possim inscribere.

SERENISSIMÆ MAIESTATIS TVÆ.

Devotissimus Subditus
IOANNES ZAWISZA.

Coronasti Sarmaticam Ma-
jestatem, dum in vno, tot Regum
quot Civiū Diadestate; multas
multorum Principum induens Majesta-
tes: vnuſ omnium Imperatorum coronis
ſpes publicas coronares **REGUM POTEN-**
TISSIME. Erexit depresso ferro caput
ab iſis ruinis altior hodie Polonia, dum
coronario **Tuo Scuto** attolleretur, vt
possit aſurgere in gloriam: augustum ma-
gnæ ſpei apicem, grādi **Tuo Nomine co-**
ronatura. **Quamvis enim Regina illa li-**
berarum Gentium Aquila, pridem coro-
nata Regum Mater eſſe meruerat: hoc **v-**
niciū tamen ad optatā ejus Diadematis
defuerat felicitatem: quōd auro ſolo, &
non etiam ferro coronaretur. Parum ſi
bi pretiosa fuit aurea fortuna; quæ pretiū
à ferro non acciperet. Neq; tot laureis
succinctum verticē, sub coronariū aurū
liberè inclināſlet: niſi illud ſimul, quo
coronati vertices molliūs recubant fer.

A

rum

rū, induisset. Non ignorans auri fulgore laurus marcescere; sub umbra ferri proprio rigatas sudore felicius plantari. Projecit Serenissimas umbras, in denudatū Regalib⁹ Fascijs Sarmatiæ verticē, Triūphalis Tuus Clypeus: quib⁹ tot calentiores Syrij æstus, tot accensas Bellonæ faces, flammantem deniq; in Leone & Sagittario Lunam; à fortunis, & integritate publica arceret. Ut sic Illustrib⁹ umbris, Patria non obumbrata, sed inumbrata, ab umbris illustrior orbi pateret. Atq; iam Te Principe suo coronata Serenissimum: patrio Tuo munita Scuto, invictissimū; adeoq; non vnius laureæ capacem extulit apicē. Ut in Te vno ostenderet, quām augustum in suorum Principum purpura induat paludamentum, quām maiestuosè in coronatis suorū Regum capitib⁹ tota coronetur. Multos equidem suos Princeses augusto titulo salutavit, qui nō nudum ad Diadema caput attulerant: & ve, luti pronubā Poloniā nativā Regiarum virtutū coronā, in vicem ad oreæ datā sponsa-

sponsaverant: sed vt omniū Civium vo-
ta, altasq; omniū tēporū spes coronarēt,
cesserunt Tibi tanto gloriæ æmulo : qui
omnium Regum fortunas, & Majestates,
in vnaMajestate adferre debebas. Solus a-
des REGUM MAXIME, qui augustas omni-
um Principum imagines, uno vultu re-
præsentans; Matri Tuæ, nunc pupillæ
Reipublicæ, om̄es suos Reges, in Te uno
ad tutelā excitāsti: dum ad arma natæ Po-
loniæ, sine quib⁹ etiam adamantina frā-
guntur sceptræ: invicta Tuæ arma conse-
crares. Correxisti de ruderibus antiquita-
tis eruta illa veteris Germaniæ inaugura-
tionum spectacula ; quæ cùm pronunci-
atos suos Imperatores scutis excipere , &
in altum extollere solenne habuerit. Tu
Imperator pronunciatus, Patriam totam
Tuo SCUTO exceptam ; adeò felici spe,
et aculo in sublime extulisti, vt omnia
præter se ipsam, infra se arbitrata, vltra
Carpatum & Alpes; vltra Cavcasum &
Hæmum; vltra Calpen, & Peruviæ fasti-
gia, in Tua Majestate videretur. Adeoq;

quam tot sæculis, vera ferrei Martis pro-
pago, à magnis suis Regibus, ferream mé-
dicabat felicitatem, in Te maximis maio-
re, veluti in fortunato Herou orbis cō-
pendio diviniore destinatum forte, reci-
pit. Quæ priùs à te sibi reddita fuit ante-
quā se Tibi redderet **Regina liberæ Gen-**
tis, à te conseruata, antequam te liberè
Regem suum proclamaret. **Regium** enī
imò Diuinum duxisti priùs dare Coro-
nas, quām accipere. Ut nondum Rex
nominatus grandibus magnorum Re-
gum titulis, ex iure salutari deberes: quo-
rum gloriæ accensam facem, augusto
pectore, vultu, ore & manu, tam inter
Bellonæ tædas, quām inter pacis oleas
circumferebas; ubiq; ipsas Regū illustrás
Serenitates. Stetit tandem in sui Principis
attonita vultu tota Sarmatia: & vt sem-
per erecta ad grádia staret; sub Scutum
Regale caput inclinavit. Cecidisset enim
ad fatalem Ottomanicæ Cynthiæ lucem,
magis Eudymione contenebrata; nisi Se-
renis-

renissima Tui Clypei sub umbra, ipsa
Nominis Tui umbrâ, & coronata & ar-
mata itetislet. Vbi trophyum Te ipso co-
ronatum, tota Polonia futura: Tibi ma-
gno hostium Triumphatori, Coronam
Triumphalem, de ipso orbe Polono Li-
tvanóq; in orbem contexeret. Induisti e-
nim victor orbis adreas, in quibus totū
orientis & occidētis solis paludamentū
indueres; Erubuit tota Asia & suo pu-
dore, & suorum sanguine suffusa, ut Tibi
purpurā conficeret. Thracia Tuis pedi-
bus substravit vexilla; vt instrato, orien-
tis pompā, itinere, per deppressa, eccli-
psim soli Christiano minantis Lunæ cor-
nua, per calcata infausta Polonis sidera,
Thronum conscenderes. Tremuerat
profectò Lechia, dum Thracius Hæm⁹,
toto penè verticē attremeret, in nostras,
vel poti⁹ suas ruinas cōsensurus. Terror
ille orbis, Asiæ Tyrannus, vnā orientē,
alterā manu occidentem arbitrat⁹ se cō-
prehensurum: ab Ægæo usq; littore, à

faucibus Propontidis, Ciliciam, Cappa-
dociam, Pontū ipsum commoverat, ma-
ria turbaverat, glacialem Caucasum, in
feruentiores iras liquefcere coegerat,
propulerat Græciam: armaverat Syli-
striam, Myrmidores, Dolopes Thraciā,
& Asiam minorem, & quidquid terrarū
Ocean⁹ aluit, quidquid Danubi⁹, & Eu-
phrates ambit, sub signa vocavit, vt in
Polonis campis tumulos signaret, sed
quām gratis, vtpote suorū mortibus re-
plēdos. Nutabat sub tanto onere tellus,
& nisi sibi onerosa eslet, hæc pondera vi-
rorum, proprio ipsorum onere oppressis-
set. Eclipsim patiebatur serenus Podoliæ
Sol, in Polo Lechico semper illustri ra-
dio, serenitates throni comitat⁹; partim
quòd profana tot terrarum portenta de-
profapia Lernæ prognata, illibatus Cæli
oculus nollet spectare; partim quòd op-
positam sibi ex diametro Lunam metue-
ret. Expavit Roxus bellator Leo & ma-
gnificas componens iras pretium Mar-
ti de.

ti dedit; vt carior posthac Patriæ æstima-
retur. Ipsa Regnatrix Aquila ægre diade-
ma, grauato tantâ curarum mole capiti
fustinebat; quod, tot procellosi Austri
per cas⁹ agitabant: vt de coronario orbe
vel regni gemmā libertatem excuterent,
vel ipsam coronam terræ allisam, malè
docti Sergij in turpem auri massam, com-
pingeret. Stetisti vnus ruentis Athlas or-
bis Sarmatici; & ipsis de ruinis triūpha-
tur⁹, ruinis ruinas restaurâsti: vt non nisi
per casus hostiū, Patriā erigeres. Protexi-
sti Martio Tuo inermē Poloniā Clypeo;
quo illa & malè splendidā lethalis Cyn-
thiæ lucem, pupillas regni fodicantē ar-
ceret, & Getici Chironis tela, in nostra
pectora torquentis, impetum frangeret.
Ipse verò nudum pectus in pulchra vul-
nera tulisti; vt sic Te immortalē Achil-
le⁹ probares; non ignarus, eum ferreo
munimento non egere, cui ferreus, imò
adamantinus animus est. Suspexit arma-
tus Oriens Poloniā Gentilitio Tuo Scu-

to munitam ; in quo magnorum Heroū
redīvivas imagines, pectora justas spi-
rantia iras, exhorruit, ne in ortu occidis-
set. Vedit eos, quos semper timuit ne vi-
deret, invictos olim Duces Poloniæ So-
BIESCIOS, SIENI AWSCIOS, ZBAR AWSCIOS,
ZOLKIEWIOS, Tibi sanguine suo jus in vi-
ctorias transcribere: ut una manu omniū
Clavas portares, una fronte omniū lau-
reas indueres: qui omniū auspicia indu-
isti. Vedit magnos Reges Vladislauum
Varnensem, Sigismundum, Stephanum,
Vladislauum iv. Te comitari: vt unus
tot Regum fortunas ferens, unus
tot Regum gladijs pugnares; vel potius
vno gladio omnium Regum bella præ-
ferres, ea manu Orientem obumbraturg:
quâ Serenissimis sceptris illustratâ dome-
sticum polum illuminare deberes. Hac
eadem manu Tuorum bellatorum men-
tibus facem prætulisti, iras ipsas læsæ in-
nocentiæ vindices, adhuc parvo in cor-
de tepentes accensurus, vt vastum incé-
dium

dium ad Patriæ refrigerationē excitares.
Prætulisti facem solari omnium lumenū
Principi non inæqualem: magnis enim
terrarū Principib⁹, affinis cū planetarū
principe intercedit serenitas: si utriq; pa-
riter ad infimum atomum suos radios de-
miserint. An non magnum illud in Te?
quod nulla rerum edax delebit oblivio;
adeo Te, infra te ipsum demississe, ut in-
fra vitæ & mortis discrimen vitā Patriæ;
quia Tu am, in quo tota vivit Patria, de-
miseris. Dux enim eras simul & miles,
Imperator & antesignanus, primus in
hostium castra ante signa & aquila: pedi-
tem & gregarium, non tam simulans, quā
assimilans, prævolasti: inter funera & cre-
bras mortes Ducem immortalem debe-
re esse, raro exemplo probavisti; hoc so-
lo, dupli dignus immortalitate. Nudo
ferro onustus, nudū caput ferebas, quo
omnes ad necem designares. Infremuit
Thracico ab Hæmo Gradiuus, & majora
Polonis in castris belli Numinia adoratu-

C

rus,

C H A

rus; suorum manes malè religiosas, superis inferias, dedit. Hostis enim ille ferociâ immanis, barbarie efferatus, armorû genere instructissimus, loci beneficio adjutus, vallis & aggere circumseptus; tot victorijs tumidus, qui erecta in arrogantiā cervice, fronte in minas compositâ, antiqua sibi Caligulæ vota in nobis evenisse putabat, unam omnibus cervicem arbitratus, uno ictu, unum tumulum omnibus parabat: Hic, inquam, vix altero labentis horæ circulo, justa inter vulnera tumulatus, inferis nuntiavit, unam Polonis esse cervicē, sed ferream, unum caput, sed adamantineum, nec mille ictibus demetendum. Mersus in sanguine suo naufragus hostis, tot funeribus orbē profanavit, quot navigaturo ad gloriam pro naulo, satis essent. Vasti illi Chotimēses campi, tot mortibus instrati, ad solū tumulum non suffecissent, nisi prærupta montium, rupes, & abyssus ad societatem oneris invitassent. Et profectò nutaret

terra

terra sub tā monstroso pondere, nisi Tuā
brevi se sperans futurā, erecta, & immo-
ta coſtitisſet; ut tot nutantia, pronaque
Principi ſuo, hostiū capita, duro ſinu, ex-
ciperet. Stetit tanto ſpectaculo attoni-
tus Tyra; cùm tot cadaverib⁹ opplet⁹,
imò ſibi ipſi aggere corporum interce-
ptus, ſtare debuerat? an ſimul erubefcere?
quòd hos malè ſanos colorum propolas,
in Poloniā transmiferit; quorum ſan-
guine adeo ipſe ruberet; ut ſe ipſum exu-
iſſe videretur. Stupuit orbis univers⁹,
& attonit⁹ rei admiratione, vltrà ſe ipſū
excessit: quia, 'Te intra angustias orbis
nequaquam clauſum orbem excessiſſe
crediſſit. Neq; feris fastis poſthuma cre-
det ætas, niſi Te talem eſſe, crediderit:
qui fidem vetuſtatis, votaque terrarum
præveniens, nova orbis prodigia forma-
turus, magnos Pompeios, Alexandros,
Scipiones in Te, nō tam efformare, quām-
corrigerē ſtuderes. Viciſti victorem tot
populorū exercitū, & qui terras ſoli-

us terrore Nominis concusserat, maria
vexaverat, ipsis elementis bella indixe-
rat, undantem aquis Candiam igne mer-
surus: hic in undanti suo cruento mergen-
dus, de illis terris, quas ex aggere Polono,
altis designaverat supercilijs, tantum ac-
cepit, quantum nec sibi satis foret ad se-
pulchrum. Dedit coactus gladios, tot
palmarum messores, & adhuc recenti ta-
bo stillantes, in turpem fortunæ ironi-
am: quæ in fatali ignominiæ furno,
infames de illis hastas excudit, totam A-
siam sub eas missura. Perrexerat ad pur-
puram Polonam, in suo cruento pur-
puratus hostis: & infelix Romani Bruti
æmulus, ut regnâisset, invita terræ fixit
oscula, nunquam amplius regnaturus.
Oceanū quendam sibi fore putavit Sar-
matiam; quem facile secûdis velis trans-
fretaret: Sed ecce naufragiū ei Tua auspi-
cia prænūtiant: antennas fortuna rum-
pit, malum virtus frangit, robur remos
excudit: adeoq; in ipso littore, ad scopu-
lum

lum impingēs; quem quæsivit, in cruce
suo navigavit oceanum. Cui vincula
quidem & compedes paraverat; sed ut
Xerxes Hellesponto. Grandis hæc for-
tuna Poloniæ est, sed ad quam illa, victo-
re Tuoi in Clypeo, meliore, quam Hercu-
les, augurio, per hostilis sanguinis proflu-
via transfretavit. Credo ego Achillis illū
protectorem Græciæ Clypeum, SOBIE-
SCIANO Scuto, suam cessisse felicitatem.
Subscripserat illi prodigiosa ingenio ve-
tuſtas famam immortalem, cuius Te he-
redem hodie, publicum mundi Caput
veneratur. Subjecerat molem universi
unius bellatoris Clypeo. Cui, operâ Vul-
cani, terram cum oceano, cælum cum fo-
le, & stellas inter grata artificij lineamen-
ta, facundasq; Phydiæ umbras, impresse-
rat: quid nisi Te tacitis in picturis, augur
illa futurorum ætas non fallaci omine lo-
quebatur. Ipse es mihi æternæ hujus ve-
ritatis argumentum, cuius UMBONI con-
stantem suâ gravitate universi machinā,

D

scili-

E C T Z.



203512

scilicet ne in sua constantia constanter
rueret, Superi subjecerunt. Non unam,
sed plures hic fortuna incidit T E R R A S,
plures Tuæ gloriæ mundos quæsitura, il-
las inquam terras, quas victorijs peragrâ-
sti, quas Poloniæ reddidisti, per quas ar-
morum, Nominisq; terrorem circumtu-
listi. Et maximè tota mihi Dacia hic pa-
tere videtur, quæ Tua manu nuper Po-
lono sceptro subiecta, victores fasces, vi-
tæ, necisq; dominas secures, Imperatoria
Tua auspicia, fædifrago tamen poplite a-
doravit. Terrarum pondera, vrbium,
montiumq; juga, castellorum & arcium
munitiona, ac totum, quidquid Bory-
sthenes, & Danubius terminat: quid-
quid Moldavia, Illiria, & Dalmatia affi-
ne habet, victoriæ Tuæ, supra fastigia vr-
bium, & populorum devectæ, substravit
Et profectò stetisset adhuc suis felicior
ruinis; nisi, postquam Tibi semel procu-
buit, superba rebelle caput erexisset. Vel
certè terras illas huic Martio Scuto inci-

fas

fas crediderim; quarum pondere grava-
ta Thracia, supino collo, pro fatali cespiti,
tumulisq; suorum, locum in eis desi-
gnaret. Oceanum verò Bellona impref-
fit, in quo Tu ad famæ perénitatem, nau-
clerâ virtute: transfuga Huszeymus, na-
varcho timore, ad æternam ignominiam
navigavit: Ottomanicis castris, triennali
Babylonis censu, totiusq; Orientis splé-
doribus in pretium Libitinæ, pro naulo
datis; mortibus, umbrisq; suorum remos
dirigentibus, pudore ventos & vela
ministrâte, infamem portum obteturus.
Iam verò cælū virtus delineavit, cui Tu
omnia Tua trophæa, veluti fixa felici-
tatis sidera, distincto ordine subscriptisti,
Cæli semper amicus Princeps, non nisi
illos triumphos Tuos esse putabas, qui-
bus Superi plausum darent, quibus Po-
lus innubi vultu annuisset.

Ideoque victor Orientis, victori Deo,
ipsâ caléte adhuc victoriâ, magnifica in-
ter Huszeymi tentoria, lustrato Sacris lo-

co, Ambrosianum epinicion cantari
præcepisti. Sacrum ibidem, orbis trium-
phator, prostratus coram triumphantiū
triumphatore, de genu audivisti, ut glo-
riosum curvares poplitem, eum adora-
turus, qui tot bellatorum superbias cer-
vices Tibi incurvavit. Didicisset nō am-
bigo Pœnus ille Imperator, Romæ ter-
ror Annibal, vincere, & victoriā uti, si
Te victorum ideam, in quo omnes casus
& fatum, tanquam inania numina, incō-
sulta manserunt: ad cæli bilancem mo-
menta victoriæ librare advertisset. Nun-
quam Tu victorijs tumidus (sciens ex
altis fastigijs graviores esse casus) Te ex-
tulisti: ut victorem Deum fastigio Tuis
trophæis instrato extolleret, Tibi infimū
gradum reliquisti, eo ipso, omni fastigio
altior, quò omni fastu inferior. Domu-
isti igitur terrarum, & aquarum domito-
rem exercitum, cælo judice, orbe indi-
ce, supra belli aleam, infra Te ipsum spō-
tanea submissione conjectus triumpha-

tor.

tor. Ubi immortalis Parens Tuus, publicæ pacis facialis, integritatis Polonæ Pater patratus, orientem à Septemtrione disternavit; ubi par Superis Avus invictissimus, effuso sanguine, purpurtam ominosæ Thraciæ Cynthiam obnubilavit: ibi Tu Patre Auoq; major, violatæ fidei, effusi sanguinis vindex, purpuratas Orientis Dynastarum viætmas, immortalibus Majorum Tuorum umbris cecidisti. Compluribus Bassarum cæsis, compluribus captis, profligata potentia Ottomanica, æqualis magnis Cæsaribus, Maximi Constantini Romanorum Imperatoris, fixam in Deo constantiam æmulatus, ejusdem more triumphâsti. Cujus victori Clypeo, æquius, quam iatius, illud triumphale, vidi, veni, vici, Polonia subscribat, est necesse. Nihilo minus eidem adhuc augusto umboni terror & clementia, stellas solemq; amica orbi sidera effigie non vanâ impressit. Solem, à quo Ottomanica Luna inter

E

suas

M o n a c t h i p a

suas suorumq; umbras, eclipsim metuat
æmulæ sceptris thronoq; impatiens ejus
serenitatis. Stellas verò, tanquam cle-
mentia sidera, vt Te principem nostrū
Clementis Decimi Clementissimum
sidus, inter orthodoxi orbis Principes
planetas Serenissimum, Quirini Patris
dilectum Filium, & bellatorem, Roma-
næ Clementiæ Astra, in Polono cælo di-
spensare profiteatur. Amavit horum
splendorem, Byzantium etiam, nobis
fatale sidus; ita vt ipsum inimicum habe-
res Tuæ virtutis laudatorem; dum cle-
mens victor Chotimensi expugnatâ ar-
ce, vitam pacemq; petentibus; non vi-
tam modò, sed vitæ etiam munimentū,
præsidiumq; desperatis rebus dedisti: ut
pulchriùs Tibi viverent hostes trium-
phandi, qui turpiter mori debuerant tri-
umphati. Atram ibi lacrymis lineam du-
xit, perfidiam suam contemplatus Tur-
ca; ubi Tuæ clementiæ astra, etiam per-
fidis, non unoque fulmine plectendis

capi-

capitib⁹ illuxisse, lippienti, fætoq; tene
brarum oculo, circumspexit Ideoq; Tuā
vitæ dominam manum veneratus, testa-
tur Te etiam parcendo viciſſe. Ut de-
doceas orbem, tristem illam fatorum la-
nienam, qui omnem laudem in sanguine
natare arbitratus, mortibus populorum
lethalem semper immortalitatem folet
parturire: quasi verò inter oleas, sine plu-
vio sanguine debeat triumphalis laurus
areſcere.

Quò me iterum rapis Divinitatis par-
ticeps, Principis mei Majestas? nova, eaq;
prodigiosa in serenissimo vultu patet Po-
loniæ felicitas; hærere hic attonitus de-
beré inopinata facundiæ taciturnitate;
veritus, ne vulgare encomiū Tuum fiat,
quod possit à me vulgari; cùm grandia
argumenta, grandia non sint, niſi omnē
artis, quam exposcunt, apicem supera-
verint: at placet quoque coram Patriæ
Patre, infantem matura in laude Patriam
balbutire. Exurge Tu Princeps, & Te

E 2

quo-

ХІРСВНЦКОГО

quoque dignum finge Deo: (loquor cū
Tragædo) illud Te mortalibus eximit,
quod ingentium capaces spiritus Tuos
excitavit, ut Patriam in tot charis filijs,
AGONIZANTEM, morti eximeres: dedisti
vitam civibus, Sanctior terrarum Sar-
matiæ Prometheus: quando Taumatur-
gå virtute: membra Patriæ truncata for-
tunis, resecta à corpore, infami exanima-
ta seruitio, animâsti. Habet encomia festes
quinquaginta millium captivorum No-
bilium turmas, à Te in libertatem vindic-
atas, famoso Scythico jugo excusas, Pa-
triæ lacrymis & amoribus redditas. O-
mnium istorum ora, imò omnium vulne-
ra: ferratiique catastarum sonitus, facun-
di Tuæ virtutis sunt panegyristæ, per
regna, populosque Te magnum & Di-
vinum quoddam Numen, salutis suæ &
fortunarum Præstitem, ac Consentem
peroraturi. Quanta hæc fuisse jactura
Poloniæ? nisi Tu per illam ad incremen-
tum, Polonam felicitatem promovisses.

Quan.

Quantum hucusque vulnus pateret ad
viscera Matris? nisi optimus Filius &
Pater de vulnere solo felicissimum phar-
macum effecisset. Ipse enim contritus
scorpio, qui fuit vulnus; fuit medela: du-
rus hic, nimisque crassus Tanaitico dra-
coni bolus erat: quem cum deglutire no
posset, vanas solum, adeoq; macilentas
linges spes, ipse famelicum morti cessit
edulium. Necdum hic sibi ipsi adæqua-
ta videbatur Tua clementia; in pietate
pietatem quæsivit: ne quid relictum ab-
ire pateretur, quod orbis aliquando à
Divis Principibus potuit sperare; candi-
dam in solis orbita lineam, quam omnis
dies videret, aureo stylo adjectura. Tu
verò PRINCEPS adjecisti pretiu & Patriæ
& Marti; qui pretiosam Marte Patriam,
Martem hac Patriâ pretiosiore probatu-
rus, venalia mercantis Libitinæ lucra re-
demeras. Infantes enim infirmosque è
Scythica captivitate gradi Tuo brachio
exemptos, fame tamen captivatos, rerū

F

inopiâ

ΨΗΗΣ

inopiâ, in servitutem mortis catenatos, à
sanguine & maternis complexib⁹ frigi-
dos, ex sinu matris nutricisque excuslos,
inhospitæ terræ, aut asperis glebis, aut
devijs viarum saltibus, aut rigenti ce-
spiti reclines; Clemens & pius Impe-
rator, per gregarios, plebemque mili-
tum, proposito pretio laboris, colligere
mandabas; Serenissimo conspectu re-
creandos præsentare; morborum gra-
vitate afflictis nosocomia erigere, an-
nis adhuc, & vegeto rationis usu de-
stitutis, nutrices victusque, verus orbis
Sarmatici nutrici⁹, providere imperabas
Paruit celer miles mandatis, & nunquā
spe frustratus, quam in manibus Tuis nū,
quam inanem adoravit; singulas animas,
non illubens apud Te, singulis argenteis
vendebat: quas scivit liberiores fore, si
huic optatæ emerentur servituti, quām
si in servili durarent libertate. Imò totū
Tu premium libertati dederas, ut turpem
fatorum lanienam, ab his fatorum spolijs
decli-

declinans; à servitute liberans, filios Patriæ, liberos bellatores Reipublicæ mācipares. Spectarunt id læta & erecta in gratias fronte Superi; omniumq; horum, quibus dedisti vitam, Tuis auspicijs si- gnatā, Tuis annis vectigalem subscriptio- runt: imò Superæ Reipublicæ Dynastas purpuratosque Poli Patres se fore, non ignari, Tuæ Poloniæ, Tuæque inaugu- rationi consentientes, non aliâ CORO- NA, nisi ex horum CORDIBUS contextâ, Regalem Tuam frontem redimire con- spirârunt. Adjecerunt simul ad orbem coronarium illas animas; quas modò fa- me grassante, per fæcundos solis funeri- bus, Podoliæ campos, tractusq; Leopo- lienses, prodigus Tui, Civium salutis parcus, Princeps & Dominus, privato ærario animâsti: Hi omnes pretiosi uni- ones, Diademati Tuo intexti, radiabunt: & purpuram, Majestatéq; Tuam apud cælos terrasque, illustri nominis famâ ac- cendent. Repones id munus in fayen-

tis gremio fortunæ, si Tuus SERENISSI-
MUS APEX, præter aureæ lucis pretiosum
orbem, pretiosioribus Civium cordib9,
ambiatur. Et quidem sola Civium vo-
ta, & affectus, in coronarium Regiæ frō-
tis decus videbaris affectare: dum nuper
Serenissimum caput, nondum auro, pri-
dem tamen totâ Patriâ coronatum, in ob-
iecta funesti Orientis tela, & fulmina
tulisti: forsan quia illud toto Oriente sci-
ebas iteratò coronandum? Maluisti co-
ronario auro Divinam, ad quam illud fe-
stinabat, frontem denegare; ne Regina
Sarmatiæ Aquila, suâ coronâ orbatum
caput, supina deiijceret: atque ut tot ca-
sibus agitatum jam ægrè sustentans dia-
dema, casui non concederet; Tu vertici
& Tuum & illius diadema, pro tempore
abesse voluisti: quo fortè excusum de
Corona Regni pretiosum illum lapidē,
Lapidem Podoliæ grandem, priùs in cir-
culum Regij diadematis insereres, an-
tequam aureo Regni circulo, caput Tu-

um redimires. Metuenti igitur adversam fortunarum orbitam, Poloniæ; Regalem auri orbem in manibus reliquisti: Ipse verò perrexisti candidatus, & recte facti conscientiâ & liberis Cívium suffragijs Imperator, ad Coronam: per strages, ac tumulos hostiū, per purpuratos Tauricano sanguine ascensus, ut purpuram triumphali Patriæ comparares: extorsisti fidem à malè fidis mentibus, quæ fidem Domino, Regnoque tam diù sacrilegè torquebant, donec fædam infidelitatē, in lethalem sibi cicatricem detorquerent. Recepisti propugnacula, castella, & munimenta, totumque tractū Ukrainensem, dīvinā quādā, quā in reos & viētos spargebas, majestate & clemētia vīctor simul & Paterpatrat⁹ foederis pacāsti. Ubi vīctorē gladiū clemētib⁹ palmis sepiebas; nō magis vincere doct⁹, quām vīctis jura pacis scribere; depresso spes erigere; pariter clementiâ, ac terrore nominis triumphare. Subacti igitur rebel-

G

les

Rachīlia

les Ukrainianenses, chirographū sui servi-
tij, domitore acinace, frontibus, & cer-
vicibus suis impressum circumtulerunt:
ex eo perpetui ubique Polonæ Reipu-
blicæ servi cognoscendi. Recepta caput
Provinciæ urbs Bracłavia, Kalnicum,
Barum, Pawolocz, aliæq; vicinæ cælo
arces, & oppida innumera in Regni pote-
statem adacta, immortalis Tuæ gloriæ e-
recta steterunt trophæa. Patuere arcus
triumphales, quos fortuna, & victoria, a-
mica bellatoribus Numina proprijs de-
statuis, per substratos hostium tumulos,
Tibi erexerunt. Nutabant patentia por-
tis castella; cadebant prono urbium do-
micilia vertice, supplices Martis ceræ
Tua inter trophæa appensæ refulgebât.
Quibus etiam nuper vota propriæ infa-
miæ subscripterunt, Tanaiticus Impera-
tor, & Imbraimus Bassa, Timori litaturi:
dum substratis fascib⁹ transfugæ, excus-
fas, suis de manibus laureas, Tuæ victo-
riæ consecrarent. Atque ex his laureis

prin-

Principis nostri, potentissimo UMBONI
appensis MURALIS CORONA esto: quam
protecta Patria, defensæ fortunæ, vindicata
libertas, vita CIVIUM invictissimo
munimento; suo nimirum Rege coro-
nata devovent consecrantq; candidam
aquilam in Clypeo Africani deportatā,
fulminū feracem ,adjecto lemmate; PRO
IOVE & NIDO, Regium super Scutum, æ-
terno adamanti incisura. Appendit si-
mul eidem, veluti perpetuæ submissio-
nis vectigales ceras, Coronam OBSIDIO-
NALEM, quoties obsessa , toties trium-
phalis Respublica,tot victorijs, imò Re-
ge victore laureata. Achivo Agame-
mnōis Clypeo olim insculptos, in augu-
stum SOBIESCIANUM UMBONEM trāffert,
fortunæ & Bellonæ characteres: Ter-
ror hic est hominum, portat qui hunc, est
Agamemnon. Pulchrum Tui simulachrū
es Dei imago , ac lumen Princeps: qui
fulmina in sacrilegos Titanas vibrare,
solo terrore nominis, orbem concutere,

БЕЛЫЙ ГО

auspicijs bella solidare, fortunæ ipsi telum possis excutere. H abes Tuum fulminis ministrum Alitem, qui Tui Nomini & terrorem, & amorem, non tantum minaci fulmine, sed etiam vocali augurio, per terras, urbesque circumferat. Augur hæc simul Regina avium est, ut quæ olim septemplici ostento, septem Cajo Mario Consulatus, Tibi, uno Augusto vultu, infinita regna coronata, immortalia tempora laureata, & ominari, & Regali potestate possit decernere. Nulli se Junoniā mancipatura in volucré, Sceptri, Thronique Tui fida custos, ultra Calpen usque & Appenninum, per prærupta montium, ardua saxorum; generoso ausu (si fata, Princepsque jubes) pro cælo & nido, eluctari nō detrectat. Quā licet dolosa regnorum auceps Fortuna, ex parte deplumavit, alasque ab oriente & septemtrione, lethali ictu truncavit; nondum tamen humi serpit, Tuis sub auspicijs, altius pro ipsis alis volatura; spera-

sperat enim ad Tuos Serenissimi Solis Poloni radios, se renovandam; quas amisit plumas, recepturam apud illas gentes, quæ veluti pauperes corniculæ, alienis comptæ plumulis intumescunt, nunquam tamen nativum colorem, priscamque deformitatem occultaturæ. Tu verò REGUM INVICTISSIME, Aquilam Lechicam & Tuam Regalı in scuto, pulchrum Martis, Fortunæque simulacrum, permittes adumbrari; ut Tu vigilem semper sceptri, solijque excubijs præpositam, armigeram Avem habeas: illa Te vigilem, excubijsque præsidem, suæ libertatis Principem, & Patrem veneretur. Ac proinde Tu ejus obsequio, illa Tuo tuta imperio, REGIUM potentissimum Scutum, minacibus fortunæ telis possit objectare.

Quanquam nullas jam fortunas metuet, quibus Tu æternum servitium, factorum Dominus, & Imperator indixisti. Si enim Lechus hujus Regni pater,

H

& prim⁹

1753

primus fundatōr, sacro suo de tumulo
Patriam hanc respexisset: profectō vide-
ret in nido Aquilarum, quod ipse primis
auspicijs paraverat, hodie Tuum supra
Scutum feliciūs elaborato: Martes &
Bellonas, Victorias, & ipsas Fortunas,
aliaque belli & pacis Numinā, in pullos
Aquilæ Polonæ transformata, educari.
Quæ omnia Tibi Regi suo jurata; anti-
stite virtute, nominante Bellonā, For-
tunā inaugurante, REGIO TUO Vertici,
Diadema Regni consecrant. Extorsisti
enim calculum Martis, Tuā magnitudi-
ne; bellorum, potentia; victoriarū, auspi-
cijs; fortunarū, sanguine, et virtute; ut ni-
hil Tibi deeslet ad gloriam, qui omnium
gloriæ, imò divinæ simul indulgentiæ
munus; & vertentium fatorum curā, o-
mnibus ad gloriam superesse deberes.
Et quidem fortuna ipsa Hyppodromi-
cos per circulos, volubilesque regno-
rum, ac terrarum sphæras; tandem defa-
tigata & lassata, ad pedes Tuos conqui-
evit:

evit: quam pridem antè , in pulchrum
mancipium cogere potuisti; nisi ejus cō-
stantem Tuo ab arbitrio orbitā, corona-
rij circuli locò , in Reginæ Poloniæ ca-
put, velles imponere: Tuo simul invi-
ctissimo Scuto, Symbolum in Caij Cæ-
faris umbone deportatum; sphæram ni-
mirum mundi cum Archimedē adjectu-
rus: ut orbem Polonum, polari orbi nō
dissimilem: Illustrium Planetarum sena-
tu; fixis, ijsque Martijs stellarum flammis,
fortunatorum siderum ignibus, novus
Archimedes distinguens: motrice poté-
tiā, Tuo scilicet divino ingenio, inferio-
res, ac superiores cæli Lechici orbes, ni-
hil mutante fortunæ orbitā, gubernes.
Quem vota Civium, Cæsarum **Regum-**
que Zodiaco radiantem, in sphæra fortu-
næ ut semper contemplantur; Regina
provinciarum, & populorum Tuorum
Polonia Tibi vectigalis, sublimes Civiū
suorum, hoc est coronæ suæ apices; ac
turritum tot urbibus, & arcibus caput

H2

incli-

Anno

inclinans; Te prona veneratur. Id vni.
cè à superis requirens, ut Tuus immor-
talis potentiae apex, utriusq; solis pur-
purâ illustris, ex multorum Regnorum
pondere, graui sceptro potens, terrarū
mariumque ambitu, cæli zonis, imò ipso
cælo, omnium stellarum ferto coronat⁹:
orbis utriusque diu sustentet majestatē.

Atque jam Regum fortissime, habes
orbis Poloni compendiosa in coronario
regalis auri orbe, aurea vota; imò pectora
Civium: habet orbis Polonus Te voto-
rum ac fortunarum omnium compendi-
um. Scandis Tu Regale solium terris
regnisque major, totâ Patriâ coronatus:
conscendit illa humanæ felicitatis fasti-
gium, major se ipsa, toto suo Principe co-
ronata. Imponit augusto Tuo vertici,
omnium Regum & Imperatorum coro-
nas, omnium victorum laureas: quia in
Te uno omnium Regum & Imperatorū
pulchrum exhibens spectaculum, orbis
victorijs, Poloniam Tuam coronâsti. Ha-

bes

bes Civicā Coronam, quam sanguis &
honor: Lauream, quam Sapientia & vir-
tus: Obsidionalem, quam Gradivus: Tri-
umphalem, quam victoria: Castrensem
& Muralem, quas Bellona & Clementia:
habes Regni Diadema, quod Fortuna è
votis Civium, & Patriæ arbitrio, Tibi
hodie consecravit. verius dixisse debui,
Tuum, & à Te mutuatum: Tua manu
impositū Diadema, Regina Polonia Ti-
bi reddidit. Tu enim prior publicas cle-
mentiâ fortunas: ærumnas fortunis: bel-
la victorijs; victorias triumphis; spes, &
vota Patriæ, eventu coronâsti: Dignior
Augusto Princeps, qui erecto triumpha-
li versus Jovem curru, divinâ, quantùm
per mortalitatem licet, veneratione, à
memori beneficiorum Republica, super
semi-Deos attollaris. Cuius illa imperio
subjicit tot annorum lustra, quot alit
spes & vota Civium: imò quot sunt vo-
ta Tua, Civium, & Poloniæ: brevius;
Tua solius, cùm Polonia non possit

I

quid

Падпісдана :

1

quidquam benè vovere, nisi in Te: quæ
non potuit benè vivere, nisi à Te; qui
in ea victurus es immortalitatem. Atq;
hæ sint Martis fortunarumq; votiuæ
ceræ, Serenissimo Sobiesciano Vmboni
à gratijs immortalibus appensæ, nunquā
cereæ; quas adamante, perennique ære,
gloria solidavit. Tu verò æterno manci-
pata amori, & obsequio Sarmatia, Regi-
um coronatum maximæ felicitatis Scu-
tum, per seros temporum orbes, indefcf-
faq; fata deferens: cùm nudum, Martiā
velut chartam, omni virtutis, gloriæq;
calamo, ad purpuratam bellorū sepiam
patere scias; quidquid ei benè volueris,
incide ad perennitatem: Cùm tamen
minimum velle non potes; maximum sé.
per Tuum Regem æstimatura; nec mi-
nimum poteris inscribere: quidquid
autem inscripseris maximum; in ipso en-
comij fine, ubi desiérис, semper tu scri-
bes, posteritasque leget

INITIUM.

